

[Król Władysław Jagiełło] informuje władców duchownych i świeckich, rycerzy i mieszczan, że zakon krzyżacki nie ustaje w oczernianiu go. Przypomina, że po odniesionym zwycięstwie Polska zwróciła wszystkie zdobyte zamki oraz ziemie i został zawarty wieczysty pokój [tj. pierwszy pokój toruński]. Obecnie krzyżacy oskarżają króla i Królestwo przed [anty]papieżem [Janem XXIII], przed adresatami listu i innymi władcami, zarzucając kłamliwie, że przeciwko Zakonowi gromadzą pogan. Krzyżacy natomiast nie respektują postanowień arbitra – króla rzymskiego i węgierskiego Zygmunta [Luksemburskiego] i wyznaczonego przez niego subarbitra Benedykta Makraia. Oskarża Zakon o śmierć wielu polskich kupców, którzy udali się do Prus i zbezczeszczenie ich ciał. Ostatnio zaś krzyżacy dopuścili się zniszczenia Kamienia [Krajeńskiego], Łobżenicy, Zawkrza i ziemi nakielskiej [Krajny]. Król wzywa adresatów, by nakłonili Zakon do przestrzegania pokoju i postanowień arbitra, nie udzielali mu pomocy i nie dawali wiary bezpodstawnym oskarżeniom z jego strony. W pozostałych sprawach ustne informacje przekazuje okaziciel listu, pisarz [królewski] Mikołaj z Mikłuszowic.

Kop.: GSPK, XX. HA, OBA, nr 1995, pap., lac., złożona karta, wym. 298 × 221 mm, na k. 2 prostokątna pieczęć archiwum królewskiego, na k. 2v notatka ręką z pierwszej ćwierci XV w.: Copia qualiter rex Polonie vituperat Ordinem, tradita mihi anno Domini M^o CCCC^o [XL] XIII^o octavo die Innocentium [4 stycznia 1414] oraz nowożytna notatka o treści listu.

Wyd.: CDL, s. 161–164

Reg.: CEV, nr 561; RHD 1/1, nr 1995.

^aUniversis et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus necnon marchionibus, | ducibus, lantgraviis, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, communitatibus | rectoribus civitatum et aliis fidei katholice cultoribus, ad quos pre|sentes pervenerint, fratribus et amicis nostris karissimis salutem fraternam, caritatem, complacencie firmitatem et favorem! Illustre, preclari, magnifici, spectabiles, validi, nobiles et famosi fratres nostri karissimi et amici! Tociens universitati vestre et aliis principibus christianis contra Cruciferos de Prussia pro iniuriis, quibus nos cottidie non cessant perturbare querelas exponimus, quod iam pudet nos eas tot vicibus resumpsisse, sola nos innocencie vestre cogit ad id neccesitas, quatenus agnita nostra puritate iniquis ipsorum delacionibus, quibus nos ad vestra et omnium Christifidelium odia conantur inducere fides subtrahatur creditiva et aperte cognoscatur, quod omnia viciorum contagia, quibus ipsi sunt subiecti in nos student retorqueri. Ut si proinde et aliis calamitatibus, quas nobis inponunt defensionem et saluti Regni nostri providendo quantum legum et canonum indulget nobis auctoritas oporteret, nos moveri tameritati [s] minime ascribatur. Arbitramur namque vestram non latere universitatem quomodo post conflictum et graves sediciones, ad quas cum ipsis invitati descendimus dum optata ab excelso poteremur victoriam, omnia castra, civitates, fortalicia, oppida, villas et bona, que ab eis iusto et legitimo bello recepimus, pacem querentes, quam omnibus mundi operibus reputamus cariorem, ipsis restituimus ex integro et pacis federa cum ipsis contraximus perpetue duratura, volentes in pacis dulcedine pacis colere auctorem. Ipsi autem oblitii huiusmodi beneficiorum semper nobis infesti, pacis federa perinpendentes cum tanta maturitate firmata, qua non posset melior reperiri ad consuete pertinacie contumelias revertentur et duroribus inruribus non fatigant, nunc coram sanctissimo in Christo patre, domino nostro papa et ipsius sacri colegii cardinalibus, nunc coram universitate vestra et aliis principibus fidem Christi colentibus famam vestri nominis depravando, nunc aliis obprobriis et iniuriis, quas longo contextu litterarum exprimere non possemus, nos turbando, que immensas nobis doloris attulerunt acritatem. Etenim non verentur coram vobis asserere, qualiter contra ipsorum Ordinem et ceteros domesticos fidei congregaremus exercitus

paganorum, ipsos ad finem Christifidelium ubique cum eis mansuri, que nunquam in cor nostrum, novit Deus, ascenduntur quinimo ab exordio regeneracionis nostre semper pio affectu et plena devocione fidem Christi amplectentes omnes eius domesticos et cultores sicut sacris scripture iubemur eloquiis diligimus et crucis Christi inimicos quibus confinamus omnibus viribus proprie sanitati facultatibus et expensis non parcentes sub multis periculis et dispendiis pro ipsorum libertate [k. 1v] prosequimur. Non gloriamur de eis nec nostris ascribimus laudibus, novit Ille, qui cognoscit uniuersa, sed si res subiciatur oculis certitudo videretur veritatis et posset comperiri, quis inter nos et ipsos Cruciferos fructus in fide katholica uberiores procuravit. Reuera nimia sunt, que de se protestantur, quos sola multiloquia et verborum prolalitas wlgo recommendant sed si appendantur in statera veritatis vix faville habebunt rationem. Porro iam ingenium nostrum apprehendere non potuerit, qualiter nos erga ipsos debeamus exercere, nam quotienscunque cum ipsis pacis federa, pacta et quoscumque tractatus confecimus quacunque infirmitate vallata e vestigio et extimplo [s]^b ipsa inceperunt violare et solitis nos obprobriis lacessunt, quantoque nos ipsis humiliores obtulimus, tanto se nobis reddunt graviores, quibus pro facto potuissemus resistere sed semper credebamus posse ipsos mitis conversacionis nostre studii ad observacionem pacis inclinare. Ipsi autem adversum nos tanto magis infuerescunt et quamvis multis instanciis serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum regis semper augusti et Vngarie regis etc.¹, fratris nostri carissimi, acclinati in arbitramentum ipsius pro omnibus displicenciis, iniuriis, odiis, dampnis et dissensionibus cum ipsis devenimus, ipsi tamen vigore compromissi per se et tandem per suum subarbitrum, magistrum Benedictum de Macra² utriusque iuris licenciatum, quem nobis hincinde sacri imperii occupatus negociis iudicem et commissarium deputavit ad nonnullas actus iudiciarios et arbitrales, iuxta formam compromissi procesisset et certas inter nos tulisset sentencias sub penis vallatis observandas, omnibus arbitramentis decretis, decissionibus et sentenciis ipsius et prefati sui subarbitri, quibus nos humiliter paruimus paretis contempserunt et obedire noluerunt, penas incurrerunt non paventes promulgatas. Sicque ipsos nec rigor iusticie compellit, nec inducit equitas [et^c] veritas neque nostra mutet humilitas ad obsevacionem pacis et amplexium. Amplius post premissa mercatores nostros valde multos, quos in Regno nostro habuimus pociores, qui in spem pacis terras ipsorum negociando fuere ingressi, omnibus bonis ipsorum ablatis, que secum habuerunt, absque pietatis miseracione, unacum uxoribus ipsorum, que ipsos sequebantur et infantulis adhuc ad ubera matrum pendentibus, quibus gens impia barbarorum pepercisset, crudeliter occiderunt, canibus et volantibus devorandos, nec humanam ipsis turpiam prestare permiserunt sepulturam, pro quo dum eos litteris et nuncciis nostris hortaramur, nullam ab ipsis habere potuimus responsivam. Quibus non contenti cym stipendariis suis, quos ad sua subsidia falsa de nobis predicantes suspicia conduxerunt hostiliter congregati, terras nostras intraverunt et bona ecclesie Wladislauiensis quedam in eas vastaverunt, quos fuisset continuo talionis vindicta consecuta. Sed ne precipitacioni subici et magis impetum, quam rationem sequi videremur, manum nostram retraximus, nec aliquid contra ipsos voluimus attemptare nisi impaciencie ipsorum turbinibus arceremur, mala autem malis cumulantes et sathagentes nos adversum [k. 2] se provocaverunt. Nuper quasdam delicati sexus feminas et matronas nobiles terrarum nostrarum, que zelo devocionis accense pro indulgenciis optinendis ad quasdam ecclesias in terris ipsorum consistentes peregre volunt visitare itineris apprehendentes ad castra deduxerunt et infra sua cubilia impudice prelibus diebus sublabere meretricio servaverunt. Postremo nunccium marschalci Regni nostri in certis legacionibus per eum ad eos missum et litteris securitatis ipsorum affidatum, inhumana crudelitate per plateas civitatis tractum, rote supplicio plecti turpiter mandaverunt. Novissime autem se non valentes a concepto impetu abstinere, quoddam castrum nostre metropolitane ecclesie Gneznensis Kamen³ dictum, infra fines ipsorum situm cum omnibus bonis suis inpredam exponentes fecerunt demolliri. Et tandem ad terras nostras aciem convertentes castrum Lobzoro⁴ et quedam Regni nostri territoriam videlicet Z(u^d)wacrze et ultra Naklensem

terram vastaverunt et flaminis subiecerunt. Nos autem arbitriis prefati domini Sigismundi regis Romanorum etc. innitentes nullum respectum (ad^e) ipsorum insultus habuimus et hactenus libenter pacis compendia quereremus, sed ecce ad gwerras et disturbia, a quibus vellemus nos subtrahere per eos provocamur. Quocirca universitatem vestram petimus in desideriis optinentes, quatenus delacionibus ipsorum, quibus apud vestram universitatem et alios Christiane fidei domesticos famam nostram nituntur obfuscare, velitis fidem subtrahere et ipsis persuadere ut pacem, quam nobiscum contraxerunt et sentencias, pronuncciaciones et decreta domini Sigismundi Romanorum regis predicti attenderent firmiter et servarent, denegantes ipsis subsidia pro quibus universitatem vestram deprecamur et iusticie nostre, quam prosequimur adherentes, ne innocencie nostre sinceritas ipsorum calumpniis et importunis instanciis opprimatur, mercedem ab Altissimo et vestrorum desideriorum prona beneplacita a nobis proinde recepturis. In aliis presentis negotii materiam targentes Nycolao de Micluschouicze⁵ aule nostre notario, fideli nostri [s], ostensori presencium, quem ad vestram universitatem super eo dirigimus fidem adhiberis [s] velitis creditivam. Datum in castro nostro Hrodlo die quarta Octobris, anno etc. millesimo quadringentesimo tredecimo etc.

Relatio domini Alberti episcopi Cracouiensis, | Regni Polonie supremi cancellarii⁶.

^a *inicjał wysokości ok. 5 wersów.*

^b *Tak kop. zamiast extemplo.*

^c *Brak kop.*

^d *Nadpisane bez znaku wstawienia.*

^e *Jw.*

¹ *Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, księżę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437 (J.K. Hoensch, *Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437)*, München 1996; S. Wefers, *Das politische System Kaiser Sigmunds*, Stuttgart 1989; *Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa*, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; *Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen*, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).*

² *Benedykt Makrai z Csúcs, student uniwersytetu praskiego 1383–1387, magister sztuk tamże, następnie na uniwersytecie wiedeńskim, paryskim i padewskim, licencjat obojga praw, od 1408 w służbie Zygmunta Luksemburskiego, 1412–1414 wyznaczony przez Zygmunta Luksemburskiego subarbiter w polsko–krzyżackim procesie polubownym, świecki gubernator biskupstwa egerskiego 1420–1421 (W. Sieradzan, *Misja Benedykta Makraia w latach 1412–1413. Z dziejów pokojowych metod rozwiązywania konfliktów międzypaństwowych w Europie Środkowo-Wschodniej w późnym średniowieczu*, Malbork 2009, s. 21–31).*

³ *Kamień Krajeński, miasto, gmina loco, pow. sępoleński, woj. kujawsko-pomorskie.*

⁴ *Łobżenica, miasto, gmina loco, pow. pilski, woj. wielkopolskie.*

⁵ *Mikołaj z Mikłuszowic, syn Jana, jako notariusz publiczny autorytetu cesarskiego w 1413 r. brał udział w procesie polsko-krzyżackim, jedynie tutaj potwierdzony jako notariusz kancelarii królewskiej (KrzyżaniakowaKancelaria, s. 77–78; SułkowskaDokumenty, s. 235) – w opracowaniach tych łączony z Mikłuszowicami koło Bochni, ale Słownik Historyczno-geograficzny województwa krakowskiego w średniowieczu, oprac. W. Bukowski, J. Laberschek, Z. Leszczyńska-Skrętowa, A. Marzec, M. Mikula, K. Nabiałek, J. Szyszka, M. Wilamowski, M. Wolski, M. Zdanek, cz. 4, Kraków 2006–2014, s. 457–466, nie zna go w tej miejscowości.*

⁶ *Wojciech Jastrzębiec, biskup poznański 1399–1412, kanclerz Królestwa Polskiego 1412–1423, biskup krakowski 1412–1423, arcybiskup gnieźnieński 1423–1436, zm. 1436*

(KrzyżaniakowaKancelaria, s. 51–62; G. Lichończak-Nurek, Wojciech herbu Jastrzębiec arcybiskup i mąż stanu [ok. 1362–1436], Kraków 1996; Wojciech Jastrzębiec w służbie monarchii i Kościoła, red. B. Czwojdrak, F. Kiryk, J. Sperka, Katowice 2018).